



Staats- und  
Universitätsbibliothek  
Bremen

# **Staats- und Universitätsbibliothek Bremen**

## **Digitale Sammlungen**

**[Mit Teil von Relatio IV] RELATIO V. De eodem Ianuario.**

**1626**

## RELATIO IV.

ne tunc circa hoc tempus tendant, Onholtino ex *Lotharingia* aliquot agmina venisse novorum militum: atq; hæc se cum Cæsareanis & Hispanicis conjunctura.

*Isenburgica* copia ex hoc tractu discesserunt: forte in *Marcam*, & ad eos, qui ad *Visurgin* habitant, abituri.

Rex *Dania* *Rodenburgi* adhuc est: ad quem & *Soror*, & hujus filius *Dux Brunsvicensis* *Fridericus Ulficus* invisorant. Deliberat Rex cum suis *Primatibus* quotidie graviter. Quod nisi *Brunsviga* ratio ponendi hujus atrocissimi belli conclusa fuerit: instante vere erit id longe atrocius: tantâ severitate sibi *Regia Daniae Majestas* rem commendatam esse patitur.

Quam in *Ducem Christianum Tillai*, & in hos *Rex Daniae* invasionem apud se hinc inde informaverant: ea utraq; aliter cecidit: nisi quod *Rex Lubkenium* incendit: quod tamen cum quadam militum ipsius jacturâ factum scribitur *Coloniâ*: Est autem deploranda provinciarum illarum calamitas: ita eas *Martis* vis vexavit, corrupit, dejecit. *Croatiorum* socij, cladem suorum ulturi, eruptione in *Hornburgenses* factâ, caede atq; incendijs omnia vastarunt: ex quibus *Dux Christianus* ducentos, qui in repedando segniore fuerant, apud *pagum Pressen* deprehensos, fudit & stravit.

## RELATIO V.

De eodem *Januario*.

**M***Ellensum* equitum, quos patrum memoria *Rhodos* vocabant, classis cepit 400 *Turcas*, cum 24 tormentis bellicis, plurimisd; mercimonijs.

In

DE EODEM JANUARIO 1626.

In Austria & Casar, & contra Regem Sueciae Poloniam, & Infans Burgundica contra Regem Daniae copias conferbere satagunt. Cadente Januario, Comes Alchemij ad fines Turciae & Ungariae profectus est, de reliquis pacificationis, cum Ottomannica porta antehac inite, capitibus, nondum decisis, acturus cum Bassa Budensi.

Circa idem tempus nobilis Bohemus *Subski* propter homicidium in Doctorem Capperum, cumq; hujus conjugis admissum adulterium, judicis sententiâ condemnatus est ad mortem, ut ei manus amputetur & caput praescindatur.

*Fridlandicus* omnibus Dominatum suorum (quorum plures sunt quam 120, alijs Magnatibus adempti) Curatoribus imperavit, parent frumenta, quae in Saxoniâ in castra mittantur, quia illis indigant. *Leopoldicus* persequutionem hactenus apud Casarem sustinuit Elector Saxo.

Generalis *Cisilius* cum maxima parte classis Anglicae & Hollandicae Oceanum Hispanicum tenet: ad quem naves, quibus necessitas inde discedendi imposita fuerat, primo quoque tempore redibunt.

In Anglia & Scotia Parliamentis singulae deoant, de liberatione de coronatione Regis. *Scoti* praeter illustrationem Civium, instituerunt. In Londini quidam Hispanicarum partium in vinculis conjectus est. *Hollandos* Insula *Selan*, singulari strategemate, una cum Vrbe *Porto Rieco* potius esse, ibiq; vallibus & propugnaculis se obfirmasse. Dominum autem *Fridericum* in porta *Vlyssipponensi* exercitum, quem conatibus Anglorum & Hollandorum opponat, eoadunare, constans rumor est.

RELATIO V.

est: ad quam classem feliciter expediendam Rex Hispaniæ magna tributa suis civibus indixerit. *Spinolam* perhibent aliquid monstri cum Infante parcurire, ut bellum contra *Hollandos* mari offensivè, terrà defensivè geratur.

De *milite*, quem hinc indè ex omnibus Europæ ferè partibus & *Casar* & *Tillius*, & *Fridlandicus* & *Brabantini* maximis agminibus contra *Regem Daniae* cogere sibi proposuerint, famigeratus passim est sermo. *Duenkerschij* multas *Hollandicas* naves, omnigenis mercibus refertas, interceperunt. Et, quia *Selandis*, aliquot *Duenkirchij* onerarijs captis, in nautas & epibatas, vectoresq; omnes, singulari ceremoniâ, animadverterunt, ita, ut binos tergis junctos in mare per foros deturbarint: hoc ipso irritati *Duenkirchij* dicuntur ex 160 *Hollandis*, quos, cum hæcibus insidiarentur, comprehenderant; longam litteram fecisse.

*Dessaviensem* pontem propugnaculis vallatum, *Fridlandici* adhuc possident, & alia quoq; loca sibi appropriarunt: quæ publica damna in thalamos non solum minorum, sed majorum etiam gentium *DEORUM* intrant. *Magdaburgenses* strenuè in urbis propugnaculis perficiendis pergunt: *Elector SAXO* suos subditos descripsit censu tanto, ut indè propemodum non numeranda pecunia emeritura sit: quam impendet in bellum, quod parat.

*Magdaburgensis Episcopus* oppidum *Sandoviã*, ad *Havelum* & *Albim*, & confinia *Marchiæ Electoralis*, excitatis aggeribus, firmat & munit, instructumq; exercitum parat. Miro autè silentio cætera aguntur, ut ferè nihil certi se offerat, quod de ijs quis scibere queat.

*Bruns-*